

WŁODZIMIERZ OLSZANIEC

(Warszawa)

ŁACIŃSKA MOWA TADEUSZA ZIELIŃSKIEGO Z OKAZJI PIĘCDZIESIĘCIOLECIA DOKTORATU

W Archiwum Akt Nowych w Warszawie, pod sygnaturą 6878 (stara sygnatura 6959) w zasobie przedwojennego Ministerstwa Wyznań Religijnych i Oświecenia Publicznego, znajduje się zespół dokumentów dotyczących okresu pracy Tadeusza Zielińskiego na odrodzonym Uniwersytecie Warszawskim. Liczy on 154 strony i pozwala zrekonstruować ten etap kariery Zielińskiego, od korespondencji urzędowej z 1918 roku związanej z jego zaproszeniem „do wykładu filologii klasycznej” aż do wniosków o pozostawienie go na katedrze mimo przekroczenia wieku emerytalnego w 1934 roku. Akta te są świadectwem wydarzeń znanych i wielokrotnie opisywanych¹; były już wykorzystywane przez biografów wielkiego uczonego². Warto jednak przyjrzeć się dokumentacji, która drobniutko upamiętnia jubileusz 50-lecia jego lipskiego doktoratu³, w tym nigdy dotąd nie publikowanej łacińskiej mowie, którą Zieliński z tej okazji wygłosił.

Odnowienie doktoratu Tadeusza Zielińskiego miało miejsce 25 maja 1930 roku i połączone było ze spóźnionymi obchodami siedemdziesięciolecia jego urodzin. Rzut oka na akta dotyczące tych uroczystości daje pojęcie o ich niecodziennej randze. Porządek przemówień na Akademii Jubileuszowej, która rozpoczęła się o godzinie 12.00 w auli Uniwersytetu i trwała do godzin wieczornych, obejmował aż dwadzieścia jeden punktów, w tym wystąpienia wybitnych filologów i historyków, reprezentujących najważniejsze polskie uczelnie – Leona Sternbacha (Uniwersytet Jagielloński), Stefana Srebrnego (wileński Uniwersytet Stefana Batorego), Konstantego Chylińskiego (Uniwersytet Lwowski), Witolda Klingera (Uniwersytet Poznański), ponadto prezesa PTF Ludwika Ćwiklińskiego i Ryszarda Ganszyńca jako przedstawiciela lwowskiego koła PTF. Następnie przemawiali delegaci zagraniczni przybyli specjalnie na tę okazję z uniwersytetów

¹ Chyba że uznamy za nowość wzmiankę zawartą w skróconym życiorysie kandydata do zatrudnienia na warszawskiej uczelni (w piśmie z 30 listopada 1918 r. skierowanym przez rektora UW do Ministerstwa Wyznań Religijnych i Oświecenia Publicznego). Czytamy tam, że Zieliński „wychowywał się w rodzinie niemieckiej w Szwajcarii, tamże zaczął chodzić do szkół”. Czy błąd wziął się ze złego odczytania nazwy rodzinnej miejscowości uczonego (Skrzypczyńce), czy z innego powodu – trudno rozstrzygnąć.

² Por. np. T. Zieliński, *Kultura i rewolucja. Publicystyka z lat 1917–1922*, oprac. H. Geremek, Wydawnictwo DiG, Warszawa 1999, s. 10–11; M. Plezia, *Tadeusz Stefan Zieliński 1859–1944*, [w:] *W kręgu wielkich humanistów*, oprac. I. Biezuńska-Małowist, PWN, Warszawa 1991, s. 46–47 i 53.

³ W 1880 r. Zieliński zakończył studia w Lipsku doktoratem uzyskanym na podstawie rozprawy poświęconej ostatnim latom drugiej wojny punickiej (*Die letzten Jahre des zweiten punischen Krieges. Ein Beitrag zu Geschichte und Quellenkunde*), w tym samym roku opublikowanej w Lipsku przez Teubnera.

w Brnie (blisko zaprzyjaźniony z Zielińskim František Novotný), w Budapeszcie (historyk relacji węgiersko-polskich Adórjan Divéky), Rydze (Erich Diehl, współpracownik Zielińskiego z ostatnich lat petersburskich) i z Uniwersytetu w Tartu (dawnym Dorpacie, gdzie Zieliński uzyskał swój rosyjski doktorat).

Jeszcze przed obchodami Komitet Jubileuszowy, który tworzyli Ludwik Ćwikliński i Gustaw Przychocki, kolega Zielińskiego na katedrze literatury łacińskiej na UW, przeprowadził zbiórkę pieniędzy na dar honorowy. Zebraną sumę 5500 złotych Zieliński w szlachetnym geście przekazał na kupno książek dla biblioteki Seminarium Filologii Klasycznej UW, po to by, jak napisał, „biblioteka ta w niedalekiej przyszłości mogła dorównać analogicznym instytucjom Zachodu”. Niedługo później, w czerwcu 1930 roku, Zieliński otrzymał też nagrodę jubileuszową w wysokości 10000 złotych wręczoną przez ministra Wyznań Religijnych i Oświecenia Publicznego (był nim wtedy Sławomir Czerwiński).

Po całodniowych uroczystościach odbył się bankiet okolicznościowy w hotelu Bristol (wśród akt zachowały się zaproszenia na ten bankiet sygnowane przez Ćwiklińskiego i Przychockiego). Zanim jednak zaproszeni goście opuścili aulę UW, wysłuchali mowy łacińskiej jubilata. Zieliński wyrażał w niej po pierwsze wdzięczność warszawskiej uczelni, która przygarnęła go jak rozbitka w chwili, gdy już niemal utracił nadzieję na kontynuowanie pracy naukowej. Do podziękowań dla polskich uniwersytetów dołączył słowa wdzięczności dla wszystkich, którzy nadesłali mu gratulacje, w tym dzieci (*parvuli*); dzięki nim miał nadzieję (proroczą), że pamięć o nim przetrwa w kolejnych pokoleniach. Podziękowania za gratulacje płynące z zagranicy rozpoczął od „braci” – narodów słowiańskich, powracając na chwilę do koncepcji trzeciego „renesansu słowiańskiego”⁴ i licząc, że do upragnionego odrodzenia dołączy również Rosja, „gdy tylko zaświeci dla niej Fojbos”. Spośród sąsiadów Polski Zieliński nie wymienił z nazwy jedynie Litwy, wyrażając jednak nadzieję, że „błąd ustąpi prawdzie, a nienawiść miłości” (aluzja do ówczesnych wrogich relacji Litwy z Polską). Katalog narodów, którym dziękuje, jest długi i obejmuje najdalsze kraje; szczególne znaczenie dla Zielińskiego – filologa klasycznego – miały jednak życzenia przesłane z Grecji i Włoch, jakby z drugiej ojczyzny. Wyróżniony został też uniwersytet w Lipsku, jako ten, na którym Zieliński otrzymał doktorat, jedyną zaś osobą wymienioną w mowie z nazwiska był Joan Estelrich z Barcelony, hiszpański pisarz i tłumacz, któremu uczony zawdzięczał „wydarcie ze szponów Orkusa”. Chodziło o pomoc, jakiej udzielił mu Estelrich w październiku 1929 r., gdy Zieliński w czasie pobytu w Barcelonie poważnie zachorował i został hospitalizowany.

Poniżej przedrukuję tekst mowy Tadeusza Zielińskiego z zachowaniem oryginalnej pisowni i interpunkcji.

⁴ Idea słowiańskiego odrodzenia antyku (trzeciego renesansu – po karolińskim i włoskim), którą Zieliński wyrażał już w latach dwudziestych i do której wracał do końca życia, por. T. Zieliński, *Listy do Stefana Srebrnego*, oprac. G. Golik-Szarawarska, OBTA UW, Warszawa 1997, s. 31 i 146 z dalszymi odsyłaczami.

Thaddaeus Zieliński
doctor quinquagenarius
collegis amicis hospitibus
s.p.d.

Hoc solemnī decimī vitae scientificae lustrī claudendi die cui potiori debitas gratias persolvam, quam huic Universitati Varsoviensi, quae me ante hos decem annos quasi naufragum paene desperatis diuturni laboris fructibus amanter exceptit, exceptum hucusque indefessa benignitate fovet et, si Deus vota mea secundaverit, etiam per hoc quod restat retentura est? Qua de re quominus dubitarem, summo quo poterat doctoratus honorarii dono in me conferendo etiam arctioribus me secum vinculis astrinxit. Ut igitur ei sum gratissimus, ita ceteris quoque Poloniae universitatibus, Cracoviensem dico et Leopoltanam, Vīlensem et Posnaniensem, quae eundem benevolentiae cursum secutae eadem dignitate academica mihi oblata socium me sibi cooptaverunt. Proxime eis adjungendos censeo innumeros cives meos et praesentes et futuros, qui hunc diem praeterire non sunt passi, quin salute hoc vel illo modo mittenda suum mei amorem testificarentur; futuros dico, neque enim invitus inter universam gratulationem etiam „parvulorum”, ut se ipsi appellabant, vocus distinxī. Qui si quandoque, cum adoleverit aetas, aliquam mei memoriam servaverint, vixisse non frustra videbor.

Sed enim ipsa fata benigne tulerunt, ut mihi etiam illis haud sane paucis gratia esset referenda, quos in terris sive vicinis sive adeo longinquis hujusce diei fortuna mei admonuit. Quodsi fas est homini bene nato vel inter conjunctissimos summo tamen honore prosequi fratres, licebit homini Polono etiam hac data occasione potiore loco eos ponere, quos communi sanguinis Slavici natura sibi cognatos arbitrat. Quo laetiore animo inter hospites nostros populi Bohemoslovenici legatos vidi; qui me adeo Universitatis Brunensis nutu doctoratu honorario auxerunt et in oratione quam habuerunt honorificentissima id comprobaverunt, quod ego semper professus sum, debere nos Slavos mundo tertium „renascimentum”. Cui non dubito quin se adjunctura sit etiam orientalis nostra vicina, simulatque ei post nubila Phoebus illuxerit⁵: licet enim paucissimae me inde voces attigerint, tamen ne prorsus memoriam mei evanuisse credam inter eos, quibus quadraginta annorum operam navavi, numerosissimae filiorum ejus testificationes efficiunt, quae ex aerumnosa eorum dispersione ad me sunt perlatae. Neque fas mihi est populum Ucrainensem praeterire, cujus suavissimae olim cantilenae incunabula mea foverunt. Jam quid de populo Jugoslavico deque Bulgaro dicam, quorum fraterno hospitio nuper fructus sum, nunc hospitii illius memoria ipsorum consalutatione redintegrata perfruor? Ad quos populos mere Slavos proxime accedit Lettonicus, cujus legatum eo libentius inter hospites nostros video, quod eum etiam disciplinae communis foedere mecum

⁵ Por. Alain de Lille (Alanus ab Insulis), *Doctrinale altum sive Liber parabolarum* 422: *Clarius est solito post nubila plurima Phoebus.*

conjunctum esse scio. Quam vellem hoc loco nominare possem eum populum, qui illum et stirpis et linguae cognatione attingit! Video tamen patienter et, quoad ejus fieri poterit, amanter expectandum esse, donec error veritati odiumque amori cedat. Eidem familiae adnumerare licet duos populos locorum communitate illis, linguarum inter se conjunctos, Estonicum dico et Hungaricum, quorum ille et legatum ad nos misit mihi carissimum et summo me nunc honore academico ornaturus erat, nisi eundem jam pridem rite a me impetratum esse sciret, hic ipse quoque praeter testificationes disertas per legatum hospitii me praeclari admonuit, quo vitam, quam populus ille extra fines suos omnino esse negat⁶, revera intra ipsos vel vividissimam esse cognovi.

Ut tamen etiam latius evagetur animus, tot tantaeque me consalutationes compellunt undique oriundae, ab extremo Nipponis oriente ad extremum Californiae occidentem aequae gelidissimae Fenniae Norvegiaeque undis ad ardentem Palaestinensium arenas Memphiticamque. Quas inter terras primo loco eas nominare fas est, quae homini philologo pro secunda patria sunt, Graeciam dico et Italiam; quarum alteram non immemorem exitisse gaudeo honoris illius, quem civitas academica Atheniensis olim in me contulit, alterius usque ad hos ultimos dies tot amicitiae honorifica accepi testimonia, ut eorum quasi index extaret litterarum telegrammatumque quam aula nostra audivit series. His igitur duabus sepositis ceteris jam nullo ordine, prout cujusque nomen in mentem venerit, debitas agam gratias. Et Franciae quidem philologos probe memini jam pridem meas esse aliquid putasse elucubrationes, etiamsi alibi in dubium vocarentur, quae eos sententia etiam nunc stare et video et gaudeo. Huic arcana ratio alphabetica non minus quam geographica vicinam adjunxit Germaniam, in qua adulescens et magistros inveni, quorum mihi pia semper colenda est memoria, et amicos, qui amicitiae foedera per totam servaverunt vitam; cuius universitatum una, Almam meam Matrem dico Lipsiensem, ut ante hos L annos doctoratus gradum mihi impertivit, ita nunc hoc honore renovato etiam gratitudinem meam renovavit. Hinc mihi commodus paratur transitus in generosam Angliam... Angliam cum dico, praeter Academiam Britannicam⁷, quae me nuper socium ascivit, paene unice doctor honorarius Oxonii recordor, oppidi mihi longe dilectissimi, eorumque, quibus ibi gratam esse meam memoriam certo scio. Angliam sequatur „Anglice loquens” ut dici solet America, non adeo curis materialibus dedita, quin etiam humanitatis studiis aliquem relinquat locum inque eis, ut ex ipsius litteris laetus cognovi, etiam meorum comiter meminerit. In Europam reversus Bataviae philologis manum porrigere velim, quorum amicissimum morte mihi suisque nuper ereptum esse doleo, imprimisque Groningani, qui mihi olim civitatis suae academicae jus

⁶ Zieliński nawiązuje do popularnego od wieków na Węgrzech przysłowia łacińskiego: *Extra Hungariam non est vita, si est vita, non est ita*.

⁷ W 1923 r. uczony u honorowano członkostwem British Academy; później otrzymał też doktorat honorowy Uniwersytetu w Oksfordzie. W angielskim środowisku filologicznym Tadeusz Zieliński ceniony był przede wszystkim za sprawę prac o rytmie prozy Cycerońskiej (jego odkrycia wykorzystał A. Clark w wydaniu mów Cycerona z 1910 r.).

impertierunt. Tum vero Belgis Universitatisque Bruxellensis professoribus, a quibus nuper tam honorifice sum exceptus, nec minus Lovaniensis Leodiensisque. Et ut in orbe Romanensi remaneamus, post Belgas mihi liceat – resalutatis tamen in itinere florentibus Helvetiae Austriaeque universitatibus – remotissima commemoretur Romania, hospitio geniali et ipsa cognita, et ultimo ordinis, sed non affectus loco Hispania inque ea civitas et Universitas Barcinonensis et civis ipsius Iohannes Estelrich, indefessus studiorum classicorum apud populares suos Catalanos propugnator; quem quod unum ex tanta virorum amicissimorum serie nominatim appello, eo fit, quod ceteris vitae meae ornamenta carissima sane et pretiosissima, huic ipsam vitam debeo sollertia ejus ex Orci unguibus ereptam.

Quod igitur apud Graecos in proverbio est, vel occidentem solem nihilo minus esse solem⁸, id hoc praecipue die quam verum esse laetus gratusque cognovi.

Dabam Varsoviae mensis Maii d. XXV A.D. MCMXXX

Do duku podał Włodzimierz Olszaniec

ARGUMENTUM

In tabulario Varsoviensi inventa est oratio Latina, quam Thaddaeus Zieliński, clarissimus professor Universitatis Varsoviensis, habuit die 25 mensis Maii anni 1930, in eius doctoratus quinquagesima sollemnitate anniversaria. Eam orationem hic primum prelis damus.

⁸ Nawiązanie do epigramu Stratona z Sardes, *Anth. Pal.* XII 178, 4: δυόμενος γὰρ ὁμῶς ἥλιός ἐστιν ἔτι.